

## Decimustertius

longiore. & piloso: foliorum inter se semper contrariis pediculis: gracili breuiq; ramo: pelles candidæ conficiuntur. Iis semen lenti simile cum uua rubescit: quod uocatur rhus medicamentis necessarium.

De ficu ægyptia & cypria.

Cap. vii.

**F** In ægypto multa arborum genera: quæ non alibi. Ante omnia ficus ob id ægyptia cognominata. Arbor moro similis: folio: magnitudine: aspectu: pomum fert non ramis: sed caudice ipso. Idq; ipsum ficus est p̄dulcis: sine granis interioribus: perq; secundo prouentu: scalpendo tantum ferris unguibus: alter non maturefcit. Sed cum factum est quarto diæ demetif alio subnascente. septeno ita numerosa partu: per singulas æstates multo lacte abundate. Subnascitur etiam si non scalpatur scetus quater æstate: prioremq; expellit in maturum. Materies pprii generis iter utilissimas. Cæsa statim stagnis mergit. Hoc est eius siccati. Et primo sidet: postea fluitate incipit: certoq; eam. Suggit alienus. humor: qui aluum omnē rigat. Cum innatare cœperit tempestiue habet signum. Huic similis quadam tenuis quæ uocatur cypria ficus in creta. Nam & illa in caudice ipso fert pomum & ramis: cum in crassitudine adoleuere. Sed hæc gemina emittit sine ullis foliis radici similia. Caudex arboris populo similis: folium ulmo. Fructus quatemos fundit: toties & germinat. Sed giossus eius non maturefcit: nisi incisura emisso lacte. Suauitas & in terior fici. Magnitudo sorbi.

De cerannia siliqua.

Cap. viii.

**C** Imilis his siliqua quam iones cerauniam uocat. truco & ipsa fertilis sed pomum siliquæ. Ob id quidam ægyptia ficum dixere errore manifesto. Non enim in ægypto nascitur: sed in syria in niq; & circa gnidū: atq; in rhodo: semper comatibus foliis flore candido: cum uehementia odoris. plātigera imis ptibus & ideo superficie flauescens succū auferente sobole. Pomum ante cedētis anni: circa canisortus detracto. statim alterū parit. postea florē per arcturū hyeme scetus enutriēte.

De persico ægypti & spina ægyptia.

Cap. ix.

**E**gyptus & persica arborē sui generis habet similem pyro folia retinētem. Fertilitas assidua eius subnascente castrino fructu. Maturitas etesiæ aflatu. pomum longius pyro: incrusum amygdalæ putamiæ & corio: colore herbido: sed ubi nux illi: huic pomū: differēs breuitate ac mollicie: Et quanuis blādiat̄ p̄dulcis suauitas: non in oculū. Materies bonitate: firmitudine nigricia quoq; nihil differens a loto. Simulacra ex ea factitauerē non eadē gratia q̄ fideli materie: ut ex arbore quā balanū appellauimus: magna ex parte cōtorta. Nautalis ita tantu est. At e diuerso cucu i magno honore palmæ similis: quādo & eius foliis utitur ad textilia. Differunt q; in brachia ramorū spargit. pomum magnitudo quæ māum impleat: color fuluus: cōmendabilis succo & austero & dulci. Lignū i tus grādis firmæq; duriciæ: ex quo uelares detornant anulos. In eo nucleus dulcis dum recens est. Siccatu durefcit ad infinitū: & mandi non possit nisi pluribus diebus maceratus. Materies crispioris elegantia: & ob id persis gratissima. Nec minus spina celebratur in eadem gente dumtaxat nigra: quoniam i corrupta etiā in aquis durat: ob id utilissima nauium costis. Cādida facile putrescit. Aculeus spinarum & in foliis. Semen i siliquis: quo coria perficiuntur gallæ uice. Flos & coronis iucundus: & medicamentis utilis. Manat & gummi ex ea. Sed p̄cipua utilitas q; cæsa anno tercio resurgit. Circa thebas hæc: ubi & quercus & persica & oliua. ccc. a nilo stadiis: siluestri tractu & suis fontibus riguo.

Innocentii  
theophrasti

De pruno & arboribus circa menphim.

Cap. x.

**P**rius prunus ægyptia non dissimilis spinæ proximæ dictæ. pomum mespili: maturefcit bruma nec folia dimittens. Lignum in pomum grande: sed corpus ipsum natura copiosius messium in star in colis. purgatum enim tundunt: seruantq; eius offas. Siluestris fuit & circa mēphim regio tamuastis arboribus: ut terni nequirent uel circūplecti: unius peculiari miraculo: nec pomū propter usum ue aliquem: sed euentū: Facies enim spinæ folia habet ceu pēnas: quæ tactis ab homine ramis cadūt protinus: ac postea renascuntur.

De gummi generibus & papyro.

Cap. xi.

**G**ummi optimū esse ex ægyptia spina cōuenit: uermiculatum: colore glauco: purū: sine cortice: dentibus adherēs. preciū eius i libras. xiii. Deterius ex amygdalis amaris & ceraso. p̄dulcissimū ex prunis. Fluit & ex uitius: ifantiū ulceribus aptissimū. Et aliquando in olea dentium dolori. Ulmo etiā i corico mōte ciliciæ. Ac iunipo ad nihil utile. Ex ulmi uero gūmi & culices ibi nascunt. Fit & ex sarcocolla: ita uocat̄ arbor: gūmi utilissimū pictoribus ac medicis: simile polini thuris: & ideo candidū q̄ rufum melius. preciū eius qd̄ supra. Nondū palustria attigimus: nec fructus amniū. prius tamen q̄ digrediamur ab ægypto & papyri natura dicef. Cū chartæ usu maxie humanitas uitæ constet & memoria. Et hanc alexandri magni uictoria repertā auctor est. M. Varro. condita in ægypto alexandria: Antea non fuisse chartarum usum. palmarum foliis primo scriptitatū. Deinde quarundam arborum libris. postea publica monumenta plūbeis uoluminibus. Mox & priuata linteis confici cœpta: aut cæris. pugillarum enim usum fuisse ate troiana tēpora inuenimus apud Homeg. illo uero p̄dente ne terra quidā ipsa tota fuisse: quæ nūc ægyptus intelligitur: cū in lebennytico saltē eius

Schedis

o ii